

# LOCI COMMUNES PARIVM AC SIMILIVM VTRIVSQUE IVRIS:

Olim quidem à D. IUDOCO DAMHOVDERIO Brugense,  
V. I. D. Equite Aurato, ac Cæsareo & Hispaniarum  
Regis quondam Consiliario collecti, & in  
Alphabetti seriem digesti:

Nunc verò infinitis penè ac utilissimis Annotationibus,  
nouisque Äquiparatorum argumentis aucti,

*Labore & Industriâ*

D. NICOLAI THVLDAENI Syluæducensis, I.C.

Cum prefatione eiusdem, de horum argumentorum  
usu, necessitate atque efficacia.



ANTVERPIÆ,  
Ex Officina IOANNIS BELLERI, apud Viduam,  
sub insigni Aquilæ aureæ. 1601.  
CVM PRIVILEGIO.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

# PRÆFATIO DE PARIVM AC SIMILIVM VSV, NECESSITATE, ATQVE EFFICACIA; CVM EGRES SIONE IN annotationum suarum rationem.

**V**A M non utilis modò, sed & apprimè necessaria sit, in fœlicem ciuilis politiae conseruationem, vere æquitatis cognitio atque obseruatio, nemo (opinor) in ciuili scientia, ac iudicij, tuncunque versatus, non intelligit. *A* Equitatis dico, non informis, non imaginariæ illius, quam sibi quisque constituit: sed legalis aut ciuilius, quam plenam, & absolutam vocant, quamque nobis graphicè describit Iurisconsultus in l. bona fides. ff. deposit. quæ videlicet non tantum ex naturalibus & iurisgentium, sed etiam cum præceptis ciilibus & prætorijs estimatur, & ex totius rei perfecta æquitate, quæ ex omnibus personis & circumstantijs, quæ negotio gesto coniunguntur, impletur. *V*t enim pernitiosum esse summum ius, quod summam crucem veteres dixerunt, si prædura interpretatione trahatur ad species factorum inconuenientes, constat vel ex eo quod vulgo dici solet, summum ius, summa iniuria: ita è regione, non potest non esse pernitiosissima, & in republica virus (ut aiunt) pestilentissimum, æquitas illa imaginaria, in qua libidines ille, à quibus eos, qui de rebus dubijs consultant, oportet esse vacuos, tam facile dominantur. id quod vel ex uno Cicerone commonstrari potest; qui in oratione pro Cæcina, dum in hanc incidit questionem, que iam illis temporibus foro irrepserat, auctoritatem iuris scripti, aduersus imaginariam æquitatem defendens, aduersarium, ius scriptum propter æquitatem deserendum contendentem vellicat, in hæc verba prorumpens; atque illud in tota defensione tua mihi maximè mirum videbatur, te dicere iurisconsultorum auctoritati obtenerari non oportere. quod ego tametsi non nunc primùm, neque in hac causa solum audio, tamen admodum mirabar abs te quamobrem diceretur: Nam ceteritum ad istam orationem decurrunt, cum se in causa putant habere æquum & bonum, quod defendant. si contrà verbis & literis, & ut dici solet summo iure contenditur; solent eiusmodi iniquitati boni & æqui nomen dignitatèque opponere, cum illud quod dicitur summo iure irrident: tum

# LOCI COMMUNES PARIVM AVT SIMILIVM VTRIVSQUE IVRIS.

Non Practicis solum, sed & Scholis apprime  
utiles & necessarij.

A V C T O R E  
**D. IODOCO DAMHOVDERIO**  
Brugense, Equite aurato, I. V. D. Cæsareo & Hispa-  
niarum Regis quondam Confiliario.

## Abbatissa.

**B**RIMO omnium in numero Pa-  
riuum hic prodeat Abbatissa, que  
in rerum abbatialium admini-  
stratione, merito Abbati æqui-  
paratur, (a) ut notat Bald.  
in c. primo in principio. col. 6. Qui feu-  
dum dare possunt. Abb. in c. 2. in princip.  
de his quæ fiunt à p̄lat. sine consens.  
capitu. Qui ex eo textu colligit, Quod  
Abbatissa habeat sui monasterij liberam  
administrationem, sicut & Abbas, quod-  
que ad validitatem concessionis fiendæ  
per eam, debeat sui capituli consensus in-  
teruenire. Ex quo & ipse subcolligit,  
quod per Abbatissam, & Moniales, non  
obstante sexu fœmineo, etiam disponun-  
tur res monasterij. Abbatissa præterea  
cum Abbatis iure æquiparatur, cum in  
iurisdictione seculari, tum in iurisdi-  
ctione ecclesiastica, quum & illa officia  
quoque conferat secularia, simul & be-  
neficia (b) ecclesiastica, non secus quam  
Abbas ipse. ca. Cum dilecta, extra. de

confirmat. ut ille vel inutili. Vide Abb. in  
1. notabili. in gloss. 2. Plura vide in Re-  
gula fœminæ. ff. de reg. iur. per Philip-  
pum Decium, folio 5. nu. 10. Non potest  
tamen Abbatissa excommunicare, ab of-  
ficio suspendere, aut interdicere, quia  
haec pertinent ad claves Ecclesie. Potest  
tamen monachos & clericos suspendere,  
& prohibere ne celebrent in ipsius eccl-  
esijs. Cæterum, talis suspensio non est ve-  
re suspensio, quia quamvis celebrarent,  
non propterea fierent idem clerici cele-  
brantes irregulares. Præterea non potest  
prædicare, nec confessiones audiare, nec  
moniales benedicere, nec aliquid aliud  
facere, quod ad ordinem sacrum propriè  
pertinet: ut patet in cap. Noua. extra de-  
pœnit. & remiss. Potest tamen in matu-  
tinis Euangelium legere: unde & diaco-  
nissa appellatur. cap. Diaconissa 17. q. 1. &  
etiam moniales seu subditas monere &  
exhortari.

## A N N O T A T I O.

(a) AEQVIPARATVR. Adde Lud. Gomes. in regul. Cancell. de infirmis resignant.  
que 6. prope fin. Franc. Viui. regni Neapol. decisi. 314. num. 9. & sequentib. Francis. Marc.

A

Delphinal.